

Band II.



L 545-7

Archiv A04

No 545-704.

AD  
PRÆNOBILISSIMVM, AMPLISSIMVM, EXCEL-  
LENTISSIONVM atq; CONSULTISSIMVM,  
DOMINVM  
**CASPAREM**  
**CHRISTIANVM**  
**HVBSCHIVM,**  
HÆREDITARIUM  
IN NIEDER-KEINA,  
J.V.L. ET CONSULEM DE  
REPUBLICA PATRIA  
**BUDISSINENSI**  
OPTIME MERITVM,  
REGIMEN CONSULARE D. XXIII. JANVARII  
FELICI OMINE CAPESENTEM,  
PATRONVM AC COMPATREM SVVM  
MAXIME COLENDVM.



Xige luctificos perculsa BVDISSA dolores,  
Et cesset læto longa querela die:

Nec Tibi continuent semper mala publica,  
luctus,

Sed veniat placido lenior hora pede.

Aureus obscuris oritur cùm Phosphorus arvis,

Diffugiunt nigris tædia cum tenebris.

Jam Tuus exoritur novus & formosus in urbe

Phosphorus, HVBSCHIADES, Orbis & Urbis amor.

Accipit

Accipit HIC iterum fasces dilatus in annum,

Atque suæ Patriæ, non sibi, Consul erit.

Ille moraturum poterit Tibi fingere solem,

Et lætum è tenebris nolle redire diem.

Diriget æquatis dilectam legibus urbem,

Et fidâ populum dexteritate reget.

Prospicietque urbi percussæ, quò reparentur

Damna, DEI justi quæ dedit ignis edax.

Ara, Forum, Pallas, Civis, Reus, Orbus, Egenus,

Jam bona gratantur quælibet HVBSCHIADI.

Hinc, PATRONE, TIBI liceat quoque jungere vota

Verbis, quæ mea Mens candida ferre studet.

*Floreat æternum, TE Consule, clara Budissa,*

*TE salvo, vigeant Curia, Templa, Scholæ.*

*TE DEVS omnigena bonitate coronet, & addat*


*Consilium, Regimen, Robora, Vim atque Domum.*


*Divinum*

*Divinum NVMENTE damno servet ab omni,  
Et Custos vitæ sit DEVS ipse IVÆ.  
Stet IV A dexteritas, probitas TVA laude coruscet,  
Inque ævum vigeat Nomen, & Omen eat!  
Vive DEO, atque TIBI, patriæ quoque vive, Tuisque,  
HVBSCHI, quos inter proximus esse cupit*

**D. GOTTLIEB BVDÆVS,**

ARCHIATER DVCALIS SAXONICVS ET PROVINCIA-  
LIS ORDINARIVS, ACADEMIÆ LEOPOLDINÆ NA-  
IVRÆ CVRIOSORVM COLLEGA, D. MENODOTVS.





Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1066905 1